

5. Fiduciæ declaratio redditur verisimilis ex circumstantiis.  
 6. Item ab expressionibus Fiduciarum emissis tempore non suspecto.  
 7. Item de qualitate Fiduciarum.  
 8. Fiducia non censetur continere exclusum expressè ab hæreditate.  
 9. Limita ex conjecturis & argumentis.  
 10. Utile per inutile in actibus dividuis non vitatur.  
 11. Actus duo fieri possunt in una scriptura.  
 12. Declaratio conditionata non potest in parte approbari, & in parte reprobari.

## DECISIO XXIX.

**P**ertimescens Joannes Frosinus, ne honestum illud Patrimonium, quod Forensibus laboribus in Curia comparaverat, se è vivis prærepto, incideret in manus Creditorum Joannis Francisci ejus ex Fratre Nepotis, qui ob juventutem improvidè exactam, quampluribus debitis involutus reperiebatur, atque ob id exulare ab Urbe coactus fuerat; E conversò autem non desperans ipsum Nepotem meliori arrepto consilio ad saniolem vivendi rationem, quandoque reditum, modum excogitavit, scribendi in suis Testamentariis tabulis Hæredes, quoad plenariam proprietatem Hieronymum alterum Nepotem Sacerdotem, & quoad integrum usufructum Portiam Testatoris Fratrem, & prædictorum Nepotum Matrem, quibus professus fuit plena fiducia participasse ampliolem propriæ voluntatis executionem, ita ut alteruter eorum ultimo loco obiret, explicare teneretur in cuius commodum cedere deberet hæreditatis emolumentum.

Neque irrita evaserunt hujusmodi Testatoris Vota; cum enim post plures annos ab ejus obitu, Joannes Franciscus honorificas nuptias in Civitate Collis communi Patria, non absque Genetricis, & Fratris approbatione contraxisset, ac etiam Prole ditatus fuerit, & nuperrimè, turbato naturæ Ordine, repentina morte interierit, prædictus Hieronymus Frater, Portia Mater septuagenario major, agnito quod Joannes Franciscus jam Creditores quietaverat, ac prudentis Patris Familias mores obtendebat, opportunum putavit non esse amplius retardandum actum adaperiendi fiduciam à Testatore sibi commissam, & in eo consultantem, videlicet, quod ultimus superstes ex hæredibus fiduciariis; *Dovesse alla sua morte (sunt verba juratæ declarationis) delli soli beni di Colle istituire una Cappellania in suffragio dell' Anime di tutta la Casa Frosini, quando però Gio. Francesco altro Nipote non avesse pigliato moglie, ma quando avesse pigliato moglie, & avesse avuto figliuoli in tal caso non si facesse niente di detta Cappellania, e tutta la robba andasse à detto Giovan Francesco, e suoi figliuoli liberamente.*

Quam profectò declarationem à voluntate Testatoris longè aberrantem existimans Francisca Catharina, Soror Joannis Francisci, illam coram A. C. Cincio de nullitate redarguit, instans pro Immissione ad hæreditatem Joannis post obitum Portiæ usufructuariæ, atque ulterius ob suppositam incertitudinem Operis Pii in memorato Instrumento à Portia designati, fategit reportare à Reverenda Fabrica Divi Petri cessionem Jurium eidem quomodolibet competentium; Cùmque idem A. C. neutro ex dictis titulis attentò pronunciarit observandam & exequendam esse declarationem fiduciæ favore Joannis Francisci emissam, eapropter

delegata mihi appellationis causa discutiendum exhibui congruum dubium: *An, & cui sit danda Immissio post obitum Portiæ in casu &c.* exitque responsum, dandum esse Immissionem Joanni Francisco.

Et quidem summo Jure, nam patens erat Testatorem omnimodè confidisse in hæredes nominatum vocatos, ut modum, ut ultimus superstes ex eis exequi deberet voluntatem sibi plenè patefactam, ac proinde ambigi nequit, quin expectata per Portiam hæredem superstitem fiduciæ explicatione in personam Joannis Francisci censendus sit veluti ab ipso Testatore nominatus, ita ut Immissionem promeretur, juxta *Text. in Leg. Theopompus ff. de reb. dub. quem exornant Mantica de conjectur. ultim. voluntat. libr. 3. tit. primo num. 19. Cardin. de Luca de fideicom. discurs. 192. numer. 6. & seqq. Rota decis. 14. num. 5. coram Arguell. decis. 294. numer. 17. & 18. part. 14. Recentior. & in Brundusina Pecuniaria 4. Maii 1709. coram Eminentiissimo Domino Cardinali Priolo, & novissimè in Romana Immissionis 9. Junii currentis mensis coram R. P. D. meo Cerro.* Idque potissimum in hypothesi, quia actus declarationis noscitur juramento roboratus, ad solemnitatem coram Judice emissus à Portia in quibus terminis tantæ adjudicari solet efficaciam, ut eidem unice deferatur, neque externarum circumstantiarum adjumento indigeat; ad firmata per *Casrensis. in Leg. Quem Hæred. numer. primo ff. de reb. dub. Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 3. tit. primo num. 16. versic. Sed illud tamen, Pasion. allegat. 13. num. 8. Tartagl. de reservat. Statut. artic. 26. num. 5. Rota decis. 14. n. 16. coram Arguell.*

At ubi ulterius exhibenda sint argumenta veritatem actus comprobantia, hæc sanè non desiderantur; Quod enim Testator non incongrue in die factiois Testamenti suspenderit explicite vocare ad propriam hæreditatem Joannem Franciscum, atque ad hunc effectum usus fuerit remedio fiduciæ quisque facile sibi suaderi potest ponderando, quod tunc temporis idem Joannes Franciscus, nedum debitis gravabatur, ita ut timeri poterat hæreditatem in commodum Creditorum fore cessuram, quam circumstantiam sumi posse pro causa disponendi per viam fiduciæ tradunt *Cardin. de Luca de Testament. discurs. 79. n. 10. Inviagliol. de substitut. centur. 3. quest. 69. n. 3. Rota coram Cavaler. decis. 381. numer. 3. decision. 901. num. 8. coram Buratto decis. 76. num. 11. part. 2. decision. 23. num. 2. part. 17. & decis. 238. num. 7. part. 18. Recentior.* Verum etiam juvenili impetu perturbata ratione ostendit se dissipatorem propriæ substantiæ, ac moribus parùm castigatus coactum exilium ab Urbe subierat, unde prudenti Testatoris consilio fieri potuit, quod Nepos remanere deberet incertus hæreditatis consequendæ, ad hoc, ut exinde sumeret argumentum capessendi laudabilis vitæ institutum, & promerendi hæreditatem illam, quam Patruus in Juvenem perditæ indolis pervenire abhorrebat, hanc autem probant Testatoris intentionem justum suppeditare fiduciæ adminiculum docent *Carol. Anton. de Luca de hæred. confid. cap. 11. num. 9. Card. de Luca disc. 56. de fideicom. Rota dec. 103. nu. 8. par. 10. Rec.*

Quodque eo validius procedere videtur, ex quo fiducia collata fuit in Matrem, & Fratrem Sacerdotem primos hæredes, quibus, uti sanguine, & charitate non minus conjunctis cum Joanne

## Ad Castellum de Alimentis.

ne Francisco æqualiter, sive urgentius peroptanda erat ejus respicientia, immò idem injunctum legitur in Testamento onus vendendi omnes effectus Urbis, illorumque pretium investendi in Civitate Collis, & non alibi, quod sanè desiderium conservandi bona in Patria tamquam non adaptabile Hieronymo negociis Urbis impicato, & Militiæ Ecclesiasticæ addicto ostendit Testatorem tunc cogitasse casum, quia postea evenit, nimirum quod Joannes Franciscus melior factus rediret ab exilio, & statum conjugalem in Patria assumeret, ibique rei familiari prouderet in cumberet, in quibus circumstantiis fiduciariis datum esset illum in hæredem designare; Hac autem perfecta temporum, & Personarum consonantia, à qua tota hæc materia solet dependere, nimirum verisimilis redditur fiduciæ declaratio, ut ad rem notat *Argel. de acquir. possess. quest. 15. art. 6. num. 70. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 9. versic. Non tamen propterea, Rota decis. 381. post num. 4. coram Cavaler. & decis. 103. numer. 27. par. 10. Recent.*

Id ipsum verò denotant plura facta, & dicta hæredum fiduciariorum, nam Joanni Francisco nuptias ineunti multiformiter faverunt, eidem relinquendo liberam fructualem Bonorum hæreditariorum Collis, ac insuper frequentibus pecuniariis subventionibus illum sublevando; pluries postmodum asserentes in colloquiis familiaribus habitis, vel cum Concivibus, vel cum Domesticis univèrsam Domus substantiam ad Joannem Franciscum post eorum obitum pervenire debere; Quæ porro expressione veluti editæ tempore nullatenus suspecto ab utroque hærede fiduciario mirum in modum consovent veritatem actus postea subsecuti ad tradita per *Fulgos. consil. 4. in fin. versic. Novissime verò Rota dec. 294. num. 9. & in Romana annuæ præstationis 8. Maii 1700. §. At quando coram Emo D. Card. Scotto, 15. Maii 1705. §. Sed quatenus coram Emo D. Card. Priolo.*

Cùm itaque ex tot argumentis eliciatur, Portiam fideliter implevisse Votum Testatoris, quoniam pacto ejus declaratio redargui potest tamquam falsa, & commentitia? Quando de cætero animadvertendo modum, & circumstantias in quibus illam emisit omni fulcitur veritatis præsumptione; detegit etenim fiduciam per solemne juramentum coram Judice, tempore quo ipsa fenio confecta stabiliverat curas sæculi prorsus abjicere, & divino famulatu in Claustro se mancipare, prout postea executum est, unde cum agitur de muliere adeò pietati dedita, haud quam præsumi posse videtur, quod in perniciem animæ propriæ, in tam dirum perjurium incidere voluerit, ut ratiocinatur *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5. num. 3. Surd. dec. 103. num. 4. & 5. Rota dec. 391. num. 7. par. 17. & in Romana Pecuniaria 20. Martii 1716. §. Maxime quia coram R. P. D. meo Lancetta, & in Romana donationis 17. Junii 1718. cor. R. P. D. meo Cerro.*

Quapropter vanum erat objicere, quod Testator nedum vivens aversum animum patefecerit erga Joannem Franciscum, illum à propria Domo expellendo, ac contra eum exaggerando in quadam Epistola, sed etiam hoc ipsum denotaverit in Testamento, eidem relinquendo minimum legatum scutorum decem pro una vice tantum ibi; *Per tutto quello potesse pretendere, & sperare dalla mia Eredità, atque idcirco inconci-*

liabile sit, ipsum Nepotem fuisse privatum quacumque vel remota spe quidquam aliud consequendi ab hæreditate Patrum, quod excluderetur à fiducia juxta tradita per *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 7. num. 37. Rota dec. 103. à num. 5. part. 10. decis. 226. num. 5. parte 12. & decis. 155. num. 3. parte 13. Recentior.* & è converso contemporaneè inclusum sub eadem fiducia, ad effectum percipiendi universam hæreditatem. Argumentum siquidem universaliter urgeret, vel in casu, quo deficeret adminicula comprobantia voluntatem Testatoris suspendendi delationem hæreditatis, sub conditione quod Joannes Franciscus meliorem viam eligeret, cujus conditionis verificationem arbitrio, & conscientia hæredum fiduciariorum commissam fuisse censeferi potest, quibus concurrentibus nulla adest repugnantia, quod Testator indignaretur moribus incauti Nepotis, atque illum in tali statu jusserit esse contentum minimo legato; E contra autem in statu prudentiori eum honorare voluerit universa successione; vel difficultatem ingerere posset quatenus compareret, qui Jure aliquo se diceret comprehensum in fiducia, id quod asserere nequit Francisca Catharina, cui uti nuptiæ in Urbe non est referibilis illa præsumpta mens Testatoris conservandi bona in Patria, unde omnino standum est declarationi fiduciariæ nullam involventi contrarietatem, immò tot adminiculis roboratæ, secundum notata per *Cardin. de Luca discurs. 46. numer. 7. vers. alter casus de Testam. Carol. Anton. de Luca de hæred. confid. cap. 15. numer. 4. vers. quinimo, Tartagl. de reservat. Statut. art. 36. numer. 100. Pacion. alleg. 13. numer. 10. Rota in citata Brundusina Pecuniaria §. In presenti coram Emo Priolo.*

Neque eadem rectè arguebatur, ex quo Portia nimis genericè expresserit præceptum instituendi unam Cappellaniam pro remedio animarum totius Domus Frosinæ, omittendo scilicet; tùm certum numerum Missarum, tùm distinctam quantitatem Bonorum, tùm demum reservationem Juris patronatus; Quoniam cum jam evenisset casus, sub quo Joannes Franciscus liberè erat invitatus ad totam hæreditatem, & institutio Cappellaniæ evanescebat, videlicet in initio ab eo matrimonii, & susceptæ proli; Idcirco superfluum erat Portiæ recensere omnes leges, & conditiones Cappellaniæ, de qua utpotè volita tantum in subsidium, amplius quæri non debebat, ac propterea id quod dixit de Cappellania, ad exuberantiam, & ultra rei necessitatem commemoravit, nec sumi potest ad impugnandum actum; juxta regulam edocentem in actibus dividuis utile per inutile non vitari, de qua *Text. in cap. dilectus 19. de Præbend. & Dignit. Soccin. sen. cons. 169. sub numer. 3. vol. 2. Castell. contr. Jur. lib. 2. cap. 7. numer. 1. Rota dec. 483. numero 8. coram Seraphin.*

Postremò vim declarationi sæpe dictæ non ademit ponderatio, quod ea fuerit emissà à Portia, occasione qua transactionem celebravit cum Filio super hæreditatibus Joannis, & Hieronymi, & ab ipso recepit in pecunia quotam legitimæ Filii defuncti sibi tangentem, & ulterius cessionem pinguioris illius hæreditatis, ita ut videri possit non amore veritatis, sed luctu cupidine devenisse ad explicationem fiduciæ favore contrasigentis; Quamvis etenim actus sint revera contemporanei, tamquam contenti in eodem Instrumento, attamen declaratio noscitur penitus

penitus separata, & de per se stans, in modum ut nullam habeat necessariam dependentiam à concordia, undè si in Jure nullatenus prohiberetur haberi posse in eadem scriptura duos actus distinctos, ut firmat *Cardin. de Luca de Testam. discurs. 70. numer. 14. Rota decis. 154. numer. 12. parte 8. & decis. 6. numer. 26. & 27. parte 11. Recentior. non est cur ex sola contemporaneitate inferatur Portiæ insanis nota, quod voluerit mercimonium exercere super explicatione fiduciæ, ejus conscientia tam strictè à Testatore commendatæ. Potissimum quia hujusmodi suspicio submovebatur ex duplici facti circumstantia, prima nimirum, quod Testes Instrumentarii, inter quos confessarius mulieris, disertè deponunt eam in actu præciso declarationis fuisse à Jure non solum diligenter interrogatam, sed etiam seriò admonitam, ne Testatoris mentem fraudaret, semperque in proposito perstitisse; secunda verò quod nec subsistit magnum obvenisse Portiæ proventum ex transactione, cum potius res ferè æqualiter fuerit terminata, ipsa enim correspondivè ad usumfructum hæreditatis Hieronymi sibi relaxatum cessit illum Jo. parum inferiorem, & hoc fortè in commodum Filii, ut continuare posset in fructu honorum hæreditariorum dicti Joannis in Patria existentium.*

His ita se habentibus Domini facili medio se expediebant ab altero motivo cessionis sibi factæ à Rev. Fabrica ad quod confugiebat Francisca Catharina; nam juxta superius firmata erectio Cappellanæ locum habere non debebat, quoties Joann. Franciscus uxoratus prolem suscepisset; Quapropter cessante opere pio nec intrat quæstio incertitudinis, neque procedunt privilegia Rev. Fabricæ. Quod autem ordinatio operis pii fuerit taliter conditionata resultat ab eodem fonte à quo unice derivat notitia illius, undè sumi debet prout jacet, nec potest pro una parte approbari, & pro alia reprobati ad

<sup>12</sup> *Text. in leg. cum quæreretur ff. de admin. Tutor. Surd. cons. 576. numer. 30. cum seqq. Rota dec. 278. numer. 11. coram Celsis, dec. 87. numer. 15. cor. Reverendiss. Ansaldo Decano.*

Et ita Partibus hinc inde auditis &c.

R. P. D. R A T T O.

VELITERNA USUSFRUCTUS SUPER  
MANUTENTIONE SEU  
IMMISSIONE.

Ven. 26. Januarii 1726.

A R G U M E N T U M.

Substitutio reciproca admixta cum compendiosa si facta sit personis imparibus non continet pupillarem, sed resolvitur in fideicommissariam, ita ut Matrem à successione impuberis non excludat, nisi validæ concurrant conjecturæ, quarum plures in hac decisione rejiciuntur.

S U M M A R I U M.

- 1 Mater in hæreditate filii defuncti excludit ejus sororem ex latere tantum paterno conjunctam & num. 2.
- 3 Substitutio reciproca imparibus facta non continet pupillarem, sed omni tempore est fideicommissaria, & matrem non excludit.
- 4 Amplia est reciproca admixta est compendiosa.
- 5 Et qua ratione & num. 6.
- 7 Limita per contrarias validas conjecturas.
- 8 Verba substitutionis directa in personam sola non attenduntur.
- 9 Præsertim si substitutio est restricta ad bona Testatoris.
- 10 Rejicitur conjectura majoris dilectionis.
- 11 Explicatur conjectura ususfructus legati Matris impuberis.
- 12 Et rejicitur.
- 13 Explicantur decisiones de materia loquentes.

D E C I S I O   X X X.

**I**N postremo suæ voluntatis elogio cum quo decessit Joann. Dominicus de Comitibus totius hæreditatis usumfructum reliquit Angelicæ Carbonæ ejus secundæ uxori, dummodo tamen vitam viduilem servaret, & casu quo eadem Angelica posteriores nuptias contraheret, voluit, ut ei persolverentur scuta tercentum dumtaxat pro unica vice; Hæredes verò universales instituit geminas proprias filias, videlicet Angelam Magdalenam ex primo, Claram verò ex secundo Thoro susceptas, eisdemque in casu Nuptiarum iussit constitui dotem arbitrio Angelicæ Uxoris, post cujus obitum, & quatenus ad secunda Vota non transiret, disposuit, quod dictæ filie, siano Padrone di tutta la mia eredità pro equali portione, e morendo una di esse, una succeda all' altra purchè mojano, & moja ciasuna di esse senza figli legittimi, e naturali, e morendo tutte due prima di maritarsi resti la Padronanza à mia Moglie essa vivente, e non essendo passata alle seconde nozze &c.

Decessit anno 1714 in infantili ætate Clara ex secundo matrimonio progenita, superstitè Angelica Magdalena, quæ nupta Francisco Violæ constituit ei in dotem universam paternam hæreditatem; Pluribus autem controversiis exortis in Tribunali A. C. inter præfatam Angelam Magdalenam Privignam, & Angelicam Novercam tam super modo succedendi in hæreditate Joann. Francisci Patris, & viri respectivè, illiusque usufructu, quam etiam super redditione rationis, & cautione Mutiana per Angelicam præstanda, cum causa per appellationem interpositam à decreto ulterioris executionis mandati de gravando ob non præstitam cautionem Mutianam super reliquis emergentibus adhuc indecisa, devoluta fuerit ad S. Auditorium, commissione mihi directa unà cum alio dubio quoad mandatum de gravando in hac eadem audientia resoluta, contemporaneè quæsi à Dominis meis; An & pro qua Parte danda sit manutentio seu immisio? Et responsum accipiendam esse manutentionem, seu Immissionem Angelicæ

gelicæ pro tribus uncis, & in reliquis iterum proponatur.

- 1 Quandoquidem cum ex novissimo jure *Authenticorum* in §. Si igitur defunctus *Auth. de hæred. ab intestat. venien.* correcto antiquo jure *Codicis* in l. si quis 7. C. ad *Senat. consulti. Tertull.* Mater succedere debeat Filie præmortuæ exclusionem sororis eidem defunctæ ex paterno tantum latere conjunctæ. Cumque Claræ, quæ decessit in pupillari ætate, dubio procul competere in Bonis Patris detractiones legitimæ, & Trebellianicæ in simul absorbentes quartam partem seu tres uncias hæreditatis, utique pro eadem quarta parte, seu tribus uncis constitutibus Patrimonium liberum prædefunctæ Filie, competere visa est manutentio, seu immisio Angelicæ Matri, exclusa Angela Magdalena eidem Claræ forori conjuncta ex latere paterno tantum, prout consentaneè ab dictum novissimum jus *Authenticorum* admonet *Alexander cons. 45. numer. 1. lib. 7. Mart. de success. legal. par. 2. quæst. 3. art. 4. numer. 6. Card. de Luc. de success. disc. 3. numer. 17. Rot. dec. 51. numer. 2. & decis. 53. numer. 1. post Michalor. de Frat. dec. 219. numer. 17. par. 6. & dec. 43. numer. 1. & 6. par. 3. rec.*
- 2 Non relevante quod vigore substitutionis pupillaris si non expressæ, saltem contentæ in substitutione reciproca admixta cum compendiosa, quam Joann. Franciscus Pater ordinavit inter duas filias hæredes institutas, Mater exclusa remaneat in totum, à lucuosa hæreditate prædefunctæ Filie, & successio debeat Angelæ Magdalenæ forori pupillariter substitutæ. Quia cum Joann. Franciscus Pater reliquerit Angelam Magdalenam Filiam prioris matrimonii puberem, & Claram impuberem ex secundo Thoro susceptam, militabat favore Matris communis sententia Doctorum edocens, quod substitutio reciproca facta inter Personas impares, quarum una sit impubes, & altera non, minime contineat pupillarem, sed omni tempore sit fideicommissaria non excludens matrem à lucuosa hæreditate Filie, ut per *Text. in l. jam hoc jure, & l. Lucius ff. de vulgar. & pupillar. firmant Gratian. discip. for. cap. 684. numer. 10. cum pluribus seqq. Altograd. cons. 83. numer. 35. lib. 2. Mantica. de conjectur. ultim. volunt. lib. 5. tit. 8. n. 5. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 60. n. 3. & numer. 22. cum seqq. Intrigl. de substit. centur. 2. quæst. 61. numer. 9. & centur. 3. quæst. 21. numer. 42. Fusar. de substit. quæst. 257. numer. 12. cum seqq. Card. Tusch. practicar. jur. conclus. lit. S. conclus. 81. numer. 45. & seqq. Barry de success. lib. 7. de reciproc. tit. 1. numer. 6. vers. quæst. elegans in fin. Rot. dec. 334. nu. 4. & 5. par. 15. rec.*
- 3 Idque procedit etiam in casu, quo reciproca sit admixta cum compendiosa, nam adhuc si facta sit personis imparibus, quarum una sit impubes, altera pubes, non continet pupillarem, ut reprobata opinione aliquorum contrarium sentientium, de veriori teneatur *Bartol. in l. Lucius numer. 8. ff. de vulgar. & pupill. Ripa ibidem numer. 17. vers. quid tenendum Corn. cons. 180. numer. 1. lib. 1. cons. 197. nu. 2. lib. 3. & cons. 160. numer. 2. lib. 4. Gratian. discip. for. cap. 684. numer. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 60. numer. 26. Fusar. de substit. quæst. 257. sub numer. 13. vers. & prædicta & sub nu. 14. vers. responderetur.*

Juridica autem ratio, quæ adimplatur hujusmodi assumpto, ea est, quod substitutio reciproca talis appellatur à *Modestino* in l. Jam hoc jure ff. de vulgar. & pupill. substit. quia invicem, & mutuo fit inter duas pluresve personas, ut præliminariter observat *Menoch. de præsumpt. lib. 4. dicta præsumpt. 60. numer. 1.* Si autem in substitutione reciproca, etiam admixta cum compendiosa facta inter duas personas dispare, contineri deberet pupillaris, non verificaretur quod substitutio esset invicem, & mutuo facta, cessaret enim æqualitas dum quoad filiam puberem verificabilis non esset pupillaris favore alterius Impuberis, ut egregiè ratiocinantur *Authores* superius adducti, & præ ceteris *Rip. in dicta l. Lucius numer. 18. ff. de vulgar. & pupill. substit. & Alciat. ibidem nu. 26.*

Et quamvis personarum disparitas quandoque non impediatur quominus dicatur facta pupillaris substitutio quando ex urgentissimis, & in suo genere perfectis conjecturis, erui potest, quod Testator sic voluerit, ut admittit *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 60. numer. 34. Fusar. de substit. quæst. 257. ante numer. 21. vers. responderetur tamen.* Nihilominus talis efficacia non apparuerunt apud Dominos conjecturæ, quæ in hac hypothese deducebantur per Angelam Magdalenam, ultra quod enim referribiles erant ad alteram quæstionem, de qua in præfenti non disceptatur, an scilicet per compendiosam verbis communibus ordinatam, mater exclusa remaneat, & non percutiebant articulum, de quo res est, videlicet an ex substitutione reciproca etiam admixta cum compendiosa, resultare possit pupillaris, non obstante inæqualitate, quando substitutio est ordinata inter personas impares adhuc eadem conjecturæ, sive in uno, sive in altero casu inapplicabiles, & inefficaces dignoscebantur.

Et sanè inefficax visa est prima conjectura desumpta ex quo verba substitutionis sunt directa ad personas, non autem ad Bona propria ibi, una succeda all' altra; Talis namque conjectura, quam de per se solam insufficientem autumat *Surd. dec. 273. numer. 7. & 8. minime procedit, quando substitutio, prout hic, est restricta ad Bona propria ipsius Testatoris ibi, siano Padrone di tutta la mia eredità; tunc enim etiam si deinde subsequatur verbum personalem relatum ad personas filiarum ibi, e morendo una di esse una succeda all' altra, adhuc substitutio remanet fideicommissaria, ut probet advertit *Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst. 14. numer. 15. vers. sublimita secundo.**

Secunda conjectura elicitur ex majori præsumpta dilectione Testatoris potius erga filiam, quam erga uxorem, tamquam nimis probans, nihil concludit; Radicibus enim subverteret regulam æqualis determinationis non excludendi matrem, quando substitutio ordinata est inter filios impares, à qua quidem regula non est recedendum nisi quando necessitas cogat, ut intelligi debeat substitutio pupillaris etiam inter personas impares, ut docet *Mantica de conject. lib. 5. tit. 8. nu. 7. & 8.*

Tertia conjectura petita ex quo matri fuit relictus Ususfructus donec manerét in statu viduili, & non transiret ad secunda vota, vim aliquam facere posset, quatenus Angelica ad posteriores nuptias transitum fecisset, tunc enim quia cessaret affectio viri erga illam, pupillaris substitutio comprehenderetur sub compendiosa ad exclusionem